

## **Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica**

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum,  
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in  
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Provisione Et Obtentione Beneficiarvm

**Leuren, Peter**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

475. An confirmari possit infamis infamiâ facti, quia nimirum inquisitus aut  
accusatur de gravi crimine, & de eo apud viros graves diffamatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74485](#)

*Questio 473. An confirmator cassare possit electionem digni legitimè factam?*

1. **R**espondeo: confirmatorem id per se loquendo non posse. Pass. n. 134. ubi expreſſe ait: evidenter falso ſum eſt, in confirmatoriſ potestate eſte, confirmare, vel cassare electionem, ſicut libe- rum eſt Electoriſ eligere, quem volunt, cum ex iuſtitia confirmatori tenetur confirmare electio- nem canonicaſ digni; & n. 135. ubi: inter con- firmatori & Elecotori haec eſt diuerſitas; quod elector per ſe valide quomodo liber quilibet di- gnum excludit ab electione, niſi per accidens in caſu, ubi unuſ ſolus eſt dignus, & quilibet aliu in- dignus; confirmatori autem per ſe nullum validè excludit a confirmatione, ſed ſolum per accidens ex extrinſeca urgentiſſima cauſa. Idque, ut Idem habet n. 134. quia elector nihil poſitivum facit con- tra nouum electum, ſed negatiuē ſe haber circa illum ex pleniffima libertate non coarctabili non eli- gens, quem iudicat non eligendum; cum non elec- tuſ non habeat iuſ, ut eligatur; confirmatori ve- ro poſitivē electionem caſſat, & contra iuſ electo- rum & electi agit; de quo vide dicenda queſt. seq.

2. Poſt nihilominus electionem digni unde- quaue validam ex cauſa rationabili per accidens ob bonum commune caſſare. Pass. num. 136. citans Bannez. 2.2. q. 67. a. 2. ad 2. cum communī; quia Prælatorum munus eſt, ut boni communis ratio- nem habent, utilitatem publicam præferant pri- vata. Paſſ. ibidem juxta c. bone. de poſtul. & ibi Gl. v. communem. Abb. n. 11. Et ſic ratione ſcandalis vi- tandi electio alias valida non eſt conſirmandā. Paſſ. cit. n. 136. citans Abb. in c. 1. de elec. n. 8. Seraph. deciſ. 116. n. 4. Felin. inc. 2. de preſcript. n. 2. Peyr. in formular. lit. C. c. 18. num. 6. Donat. p. 2. rr. 7. q. 6. item plures textus iuriſ.

*Questio 474. An confirmari poſſit dignus, præterito dignore?*

1. **R**espondeo non ſolum poſſe, ſed & debere conſirmary dignus, iuſ electionem digni aliā ſuam, etiam ubi prætermiſſus eſt dignior. Paſſ. de elec. c. 33. n. 166. & 135. ubi expreſſe ait: confirmatori per ſe nullum dignum electum valide excludit a confirmatione; ſed accidentaliter cauſa rariſiſſimè occurrente; quia cum ex c. poſtquam. de elec. aliisque iuribus confirmatori tenetur electionem digni conſirmary, ſi aliter facit, contra legem facit, & ideo caſſatio ab eo facta, juxta reg. qua con- tra iuſ. de reg. iuris in 6. pro infecta haberi debet & caſſari. Donat. tom. 2. rr. 7. q. 8. n. 1. & 2. citans Ban- nez. 2.2. q. 67. a. 2. dub. 3. ad 7. Cajetan. in ſum. v. elec- dio. Covar. in reg. peccatum. p. 2. §. 7. n. 4. Rodriq. in ſum. p. 1. c. 106. concl. 11. n. 13. Ratio reſponſioſ eſt, quod licet electores eligere teneantur melio- rem, peccanteque mortaliter non eligendo digno- rem; de quo vide fuſe agentem Paſſ. c. 30. de elec. valida tamen ſit electio digni, omiſſo dignore, pro quo Paſſ. cit. n. 166. citat D. Thom. 2.2. q. 63. a. 2. ad 3. & ibid. Bann. Cajetan. Aragon. Abb. in cap. conſtitutus. de appellat. n. 7. & ibid. Franc. n. 4. Imol. & Præpoſit. num. 16. Paris. de resign. l. 4. q. 11. n. 40. Nav. conf. 21. de ſimon. Gonzo. ad reg. 8. Cancell. gl. 4. n. 129. Barboſ. ad c. cum nobis. de elec. n. 3. Covar. in reg. peccatum. §. 7. nu. 4. Rotan. in Eugub. paroch. 13. Jan. 1623. & plurimos alios. Ita etiam, ut hoc verum ſit, etiamſi electores jurarent, ſe velle eli-

gere dignorem; quin &c, ſi fieret statutum, quo ſtatueretur, ut non valeat electio digni, omiſſo di- gniore, illud tanquam contrarium iuri communi non valerer, niſi conſirmaretur à Papa. Paſſ. cit. n. 166. Unde jam conſirmatore ex iuſtitia tenetur conſirmare dignum ritę electum etiam prætermiſſio dignore; & ſi ſecūs faceret, gravaret electum di- gnum, urpote qui ex tali electione iuſ acquiſiuit ad Prælaturam; adeoque tali injuſto gravamine ap- pellare potest ad Superiorē. Donat. loc. cit. ci- tans Castell. de elec. c. 14. n. 17.

2. Limitat tamen reſponſionem Donat. loc. cit. n. 4. ut ea procedat ſecundūm iuſ commune; ait enim, quod ſi iura particularia ſtatuſſent (ut aſſer- rit fieri in ſuo Ordine) conſirmatorem poſſe caſſare electionem digni, ſi viderit dignorem præter- miſſum, id poſſit conſirmatore; modò evidenter conſet relictum eſſe dignorem; aliaſ ad evitandas li- tes & contentiones melius ſit, conſirmare electio- nem digni, prout iure cautum eſt.

3. Quod ſi tamen conſiratori proponantur plures electi, tenetur ſub mortali conſirmare di- gniore ex illis; ed quod tunc electoris, qui in conſciencia tenetur eligere dignorem, & conſiratori vices gerat. Donat. loc. cit. n. 6. citans Le- desm. in ſum. p. 2. rr. 7. c. 2. concl. 7. dub. 7. Armill. v. electio. n. 2.

*Questio 475. An confirmari poſſit infamis infamia facti; quia nimis iniquiſitus aut accusatus de gravi crimine, & de eo apud viros graves diffamatus?*

1. **R**espondeo primò: ex quo electus appetat in- famis ſimpli infamia facti, non ſtatiū debet aut poſt caſſari ejus electio, ſeu rejici a conſirmatione; non enim eſt eadem ratio de electio- ne, ad quam electus nullum iuſ habet, & de conſirmatione, ad quam electus vi electionis iuſ habet, & privatū jure ſuo, ſi non conſirmetur; unde ſi ex libertate eligentium non eligatur, nulla ei ſit inju- ria, ſecūs, ſi fine ratione non conſirmetur; adeoque ex quo electus apud conſirmatorem appetat infamis ſimpli infamia facti, datur locus ad inqui- rendum, non ad ſtatiū illum condemnandum; & ſicut ex eo, quod apud conſirmatorem ſit accusa- tus, is non poſt caſſare electionem, ita nec id po- test ex hoc, quod ſit accusatus apud alium Judi- cem, vel alios viros graves, ſed debet inquirere (nempe vel in iudicio contradictorio, ſeu in ſtante adverſario, vel ex officio conſiratori) in verita- tem delicti, juxta c. nihil. & c. ſi forti. de elec. in 6. Ita feri paſſ. de elec. c. 33. n. 118.

2. Respondeo ſecundo: quod ſi conſirmatore, habitā inquisitione invenit infamiam à malevolis aut levibus personis ortam, nec habere fundamen- tum, unde vere non ſit talis, ut privet electum exi- ſtimatione vii probi apud probos ac graves viros, nec ejus idoneitatem dubiam reddat, danda eſt conſirmatio, niſi forti ſcandalum aliquod grave timeatur; non obſtantē de cetero, quod hac infa- mia ſit dedueta per accusationem ad tribunal Judi- cis alioſiſ conſiratore non superioris; ed quod multo maius ſit, quod accusatus apud tamē Judi- cem habitā inquisitione, etiam extra judiciali, in- veniatur a conſiratore innocentis, ſeu infamia talis, qua tanquam orta à malevolis, non ſit at- tendenda, quām ſi hoc ſciatur à ſolis privatis; adeoque debet conſirmary, etiam pendente ibi iſtiusmodi

accusatione, secluso scandalo. Pass. num. 119. juncto n. 120. ubi etiam quod A.A. qui alias docent, accusatum in judicio non debere promoveri, sicut intelligendi sub hac limitatione, ut non procedat in accusato à malevolis, non gravato apud viros probos & graves. Si tamen electus accusatus de criminis gravi in tribunali Judicis confirmatore superioris, maximè Sedis Apostolicae, abstinentem esse à confirmatione, seu eandem differendam, ait Pass. cit. n. 119. tum ob reverentiam Superioris; tum ob periculum, cui se exponit confirmator in eo casu, ut pote contra quem procedere poterit ille Superior tanquam confirmatorem indigni, ubi accusatus in illo Superioris judicio succumberet: tum ob præjudicium, quod fieri posset causa in tribunali Superioris agitar, dum ex confirmatione redderetur difficilior probatio criminis contra electum, & requirerentur plures testes ad illum convincendum: tum ob scandalum, quod timeri posset, ubi damnatus à Superiori inveniretur confirmatus. Et de hoc ad summum procedit, quod ait Donat. p. 2. tr. 7. q. 9. n. 1. quod pendente accusatione promoveri non debet accusatus, & graviter puniendum promotorem illius juxta c. tantis. d. 81. & promotum pendente lite seu accusatione, quamvis innocens & sine culpa, juxta Gl. marginal. in cit. cap. tantis. v. obrepit. Nam de cetero bene ait Pass. n. 123. ubi electus est accusatus apud aliud tribunal, quām sit tribunal Superioris, ad quem pertinet confirmatio, non est necesse, quod iste Superior exspectet, ut alius Judex inquirat ac cognoscat; sed potest ille in hac parte uti jure suo, vel judicialiter, si id ei licet, vel extrajudicialiter: & ubi invenierit accusationem calumniam, & provenire à malevolis, seu infamiam non habere fundamentum, non est necesse, ut exspectet alterius judicium, & ubi vel bonum commune, vel necessitas vitandi scandalum, vel etiam reverentia Papæ, juxta qualitatem delicti & rerum circumstantias aliud non requirit, poterit electionem accusati confirmare.

3. Respondeo tertio: ubi differenda confirmatione ob pendente accusationis apud altorem Judicem, & accusator per annum tacuit; inquit per tres menses respectu confirmandi seu promovendi in Episcopum, juxta authentic. de sanctiss. Episcop. §. 3. collat. 9. nisi Judex brevius tempus fuerit moderatus, juxta c. quisquis. 4. q. 5. & Argumento c. accepimus, de fide instrumentorum, poterit accusatus confirmari seu promoveri. Pass. locit. n. 121. Donat. locit.

4. Respondeo quartò: confirmator, ad cuius tribunal accusatus est electus, non potest confirmare, nisi prius examinata veritate de crimine, de quo est accusatus. Similiter, si electus remanserit de crimine convictus vel confessus, vel apud probos & graves viros adhuc infamatus, quia non fuit infamia deleta coram confirmatore ex inquisitione diligenter habita. Donat. loc. cit. Pass. n. 123. qui etiam n. 119. quod si habitat inquisitione infamia orta ex honestis & gravibus viris non cessat, nec electus infamiam pergauit, electio est cassanda. Porro præ oculis habendum, ut ait Pass. n. 118. quod infamia facti tollatur per pœnitentiam, unde arbitrio confirmatoris relinquitur judicandum, an electus dissimilatus per pœnitentiam deleverit infamiam; videnda etiam dicta à nobis in 1. part.

ubi, ai infames promovendi ad  
beneficia ecclesiastica,

## PARAGRAPHVS IV.

De causis, modo ac forma procedendi ad dandam confirmationem.

*Questio 476. An, & qualiter confirmatione requirat causam, & cause cognitionem?*

1. R Espondeo ad primum: causa motiva quasi ultimata confirmandæ electionis est, ut provideatur Ecclesiæ vacanti de novo sposo. Causa immediata veluti necessitans confirmatorem ad confirmandum (confirmare siquidem est actus Justitia, ut dictum supra ex Lott. l. 2. q. 2. n. 19.) est electionis legitimitas & persona electæ idoneitas. Causa impulsiva ad idem, seu ad facilius concedendam confirmationem provisionemque prælatura enumerantur à Laym. in cap. innuit. de elect. n. 5. ex Abb. incit. c. n. 5. Butrio. n. 28. Electorum concordia, petitiones populi, Principis assensus, aliorūque vota.

2. Respondeo ad secundum: procedere non potest, nec debet ad confirmationem confirmator, nisi cum cognitione utriusque causæ hujus, sive priusquam inquisiuerit, & informationes sumperit tam super forma, processu ac valore electionis, quām super electi meritis aut demeritis, seu conditione idoneitate. c. nihil. de elect. & ibi gl. n. exanimet. Abb. n. 1. c. postquam. de elect. & ibi Abb. n. 7. Laym. in cit. c. nihil. n. 1. Barbos juris Eccles. l. 1. c. 19. n. 251. Donat. p. 2. tr. 7. q. 5. (ubi etiam quod nemini opponere seu in instante hæc duo debeant examinari) Pirth. ad ris. de elect. n. 316. Lott. l. 2. q. 2. n. 18. & expressius q. 18. n. 37. Azor. p. 2. l. 6. c. 16. q. 6. Pass. de elect. c. 33. n. 78. citans quamplurimos alios.

3. Estque confirmatione facta fine dictæ cognitionis causa ipso iure irrita. Donat. loc. cit. q. 6. n. 1. ex Abb. inc. nihil. de elect. num. 1. Tamb. de jure Abb. tom. I. d. 6. q. 2. n. 6. Lavor. de elect. c. 25. n. 62. apud Pass. loc. cit. n. 102. juxta textum in cap. fin. de elect. in 6. vi cuius cassatur confirmatione repentina facta, hoc est, sine citatione & discussione negotii. Nil hilominus manifestum esse, quod hac confirmatione ad sui nullitatem requirat sententiam declaratoriam, ut constet per eam de defectu discussionis negotii, & sic de nullitate confirmationis: ed quod, cum discussio hæc non sit una & indivisibilis, sed requiratur major vel minor, & ubi electi qualitates & electionis valor sunt notoria, non sit necesse aliqua inquisitio, difficile sit videre, an negotii discussio defuerit, ut confirmatione ex hoc capite censeatur nulla, tradit Pass. cit. num. 102. Qui tamen etiam recte illud addit; quod, si electio vere fuerit nulla aut irritanda ex defectu, quem confirmator non potuit, vel censeatur non voluisse supplerre, ex quo repentinè processit, & siue causa discussione electionem confirmavit, etiam postquam electus fuit confirmatus, & etiam possessione, possit electio iterum in judicium vocari, & si justitia id exigat, debeat cassari.

\*\*\*\*\*

Q. 48.